



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

4. Junii. Paucissimi sunt, qui inteligant, quid illis Deus faceret, si otos se ei
permitterent. S. Ignat. ibid. §. 36.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

4. Junii.

*Paucissimi sunt, qui intelligant, quid illi
Deus faceret, si totos se ei permitterent.*
S. Ignat. ibid. §. 36.

Incertæ sunt providentiæ nostræ, & my-
opes oculi, pauca cernunt, pauciora dis-
cernunt; alius proinde oculus nos regere
alia de nobis providentia disponere debet,
ea nempe, quam nihil later.

Periculosa plenum opus est alex, Divi-
næ se dispositioni subducere: Fugit Jonat.
& naufragium subit, Nemo periret, nisi
Dei ductum aspernaretur.

Si cæcus cæcum ducat, ambo in fove-
am cadunt, ubi cæca voluntas ab exæco-
tis passione affectibus raptatur, quid re-
stat, nisi præcipitium?

Ille alio felicior, qui Dei voluntatem
certioribus novit indicis, hanc dum se-
quitur, viâ regiâ graditur ad felicitatem,
errare nescius, dum ab eo regitur, qui est
via, veritas, & vita.

5. Junii.

*Qui invitati, ac dissentientes, actu tamen iusto
præsidium exequuntur, inter vilissimas
man-*